Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

estis de uana uĩa conuersacione paterne traditionis sed
pretioso sanguine quasi incrauĩati et immaculati
ihesu xpi: qui quidem ante mundi constitu
tionem manifestati autem nouissimis temporibus:
propter uos qui per ipsum fideles estis in deo: qui suscita
uit eum a mortuis et dedit ei gloriam ut fides
uestra et spes esset in deo Animas uĩras castificã
tes in obedientia karitatis in fraternitatis amo
re: simplici ex corde inuicem diligite attentius:
renati non ex semine corruptibili sed incorrupti
bili per uerbum dei uiui et permanentis: quia omnis
caro ut fenum et omnis gloria eius tanquam flos feni Ex
aruit fenum et flos decidit: uerbum autem domini ma
net: Ima sabbati secundum lucam uet in eternum
uale de diuiculo uenerunt mulieres ad monumen
tum: portantes que parauerant aromata Et
inuenerunt lapidem reuolutum a monumento: et
ingresse non inuenerunt corpus domini ihesu Et factum
est dum mente obstupefacte essent de isto: ecce duo
uiri steterunt secus illas in ueste fulgenti Cum
timerent autem et declinarent uultum in terram
dixerunt ad illas Quid queritis uiuentem cum
mortuis Non est hic: sed surrexit Recordamini
qualiter locutus est uobis: cum adhuc in galy
lea esset dicens Quia oportet filium hominis tradi
in homines peccatorum et crucifigi: et tertia die resurge
re Et recordate sunt uerborum eius Et regresse
a monumento: nuntiauerunt hec omnia illis un
decim et ceteris omnibus Erat autem maria magda
lena et iohanna et maria iacobi et ceterae quae
cum eis erant: que dicebant ad apostolos hec